

ΩΡΟΥΑ.

ΠΟΛΛΩΝΟΣ ΝΕΙΛΩ' ΟΥ
ΙΘΟΥΛΥΦΙΚΑ.

ORI APOLLINIS
NILIACI, DE SACRIS
notis & sculpturis libri duo, vbi ad
fidem vetusti codicis manu scri-
pti restituta sunt loca permul-
ta, corrupta ante ac
deplorata.

*Quibus accessit uersio recens, per Io. Mercerum Uticensi
concinnata, & observationes non infrugiferae.
nietoriam quatinus de ueritate, sed hanc
sor opibz hanc p. ueritatem*

PARISIIS
Apud Iacobum Keruer, via Iacobæa,
sub duobus Gallis.
M. D. L. I.

ΕΙΣ ΣΙΡΩΝ Λ' ΠΟΛΛΩΝ Α
τε Σάσιχον.

Νέλιακον ποθέεις τελέως μυστήρια γγάραι
λαοῦ, καὶ ιερᾶς, ὡνέ, λωχροφίας;
Διδέο Ιάπου, Κίβληρις απόδημος πιό μετέρχε,
Ἐντῷ Θηριογνούς μάρτυρε θεατοσίας.

TE TRASTICHON IN ORVM

Apollinem.

Vis Phariæ gentis, lector, simulacra doceri,
Vnde arcana licet plurima colligere?
Hunc lege scriptorem, dabit hic oracula mira,
Vtpote qui præfert nomen, Apollo, sacrum.

ALIVD Q VOD AD

Græcum propius accedit.
Vis Phariæ gentis plenè mysteria nosse
Lector, & arcanis scripta notata modis?
Huc age, perlegito hunc attenta mente libellū;
Hinc oracula tibi discere sacra licet.

IN ORI COMMENDATIO-
nem, Ioannis Caruini ad Lectorem,
Εὐλεκάσιχον ἐν Λεκασύλλαζον.

Si te sacra iuvant, amice lector,
Ægypti monumenta, cerne quæso,
Orus quæ tibi nunc refert Apollo.
Nam sacræ aperit notis, docetque,
Summus quis deus orbis autor huius,
Phœbi, quæ ne foror, Cyprisque diua,
Mars atrox, hominum crux latus,
Et diuum pia iussa ferre promptus,
Tellus ut medio librata mundi
Centro: proxima, pontus, ignis, aër,
Et quæcunque cauo geruntur orbe.

EIVSDEM AD IO. MERCERVM

Tetraastichum.

Palladis atque Iouis dulci te nectare potū
Credo: quippe sacris nocte diéque vacas.
Sacra doces, scribis, legis, assiduè meditaris.
Iure igitur facio nomine dignus eris.

IO. MERCERI AD EVNDEM.

Nescio quod tibi me constanti fœde, e iungit
Sidus, & æterna nequit amicitia.
Æstatis teneræ primus vestigia texti,
Nunc etiam ex te vir pendeo sollicitus.
Ergo sacri si quid meditari aut scribere possū,
Haec accepta tibi à cunctipotente, refer.

A ij

O B S E R V A N D O I N
Christo patri , Ioanni Sange-
lasio, viro & eruditione, & mo-
rum integritate celebratis-
simo, dignissimo Uticen-
siū Episcopo, Io. Mer-
cerus S. D. P.

C V M nunquam non, le-
tissime Præsul , mihi à
teneris, quod aiunt, vnu-
guiculis , quodā natu-
ræ instinctu persuasissim , corūmq;
sentetiæ obfirmato animo insisten-
dū duxisse , qui virtute & huma-
nitate præstatius nihil in hac vita pa-
rati posset tradiderunt: hinc factum
est, vt omni via & conatu ad ea sem-
per studia cōtenderim, quæ harum
rerum facultatem hominibus sup-
peditant. Quis enim est, qui vulga-

N V N C V P A T O R I A.

tissimū illum & celeberrimū apud
Græcos prouerbialē versiculū
ignoret: βακτηρία γάρ οὐ τωδεῖα εἰς ? vt
interim tot tantorūmque autorū
passim obuiā mittam testimonia,
quibus pleni libri sunt, plenæ sapien-
tum voces , plena denique vniuersa
vetustas. Atque haud scio , an his
reipub. administratio carere possit
studiis. Quod tametsi ex permultis
quæ à Platone scripta sunt, & ab aliis
philosophiæ humanitatísq; ma-
gistris, abundè firmari queat, aper-
tissimè certè Hebræorum quidam
ostendisse videtur his verbis, quæ
sua natuāq; lingua ascribere (quòd
ea te in primis oblectari, inque ea à
multis annis non segniter esse ver-
satum intelligam) non horrui.

על שלשה דברים חועלם עומד על החורת
ועל חבורתו על גמלת חסרים

EPISTOLA

quibus mundū subsistere dicit, & legis, quæ vtique harum literarum præsidio maximè fulcitur, cognitionem cōmemorat. Neque sanè procul à scopo absuisse videntur ij, qui Stoicam coluere philosophiam, cū absolutissimum, præcipuum, atque adeò solum bonum esse virtutē constanter asseruerunt. Qua de rectat apud Græcos pulcherrimum epigramma.

Ωσοικάρμυνθωρείδημονες, ο πανάρεισα
δόγματα τούς εἰδαῖς εὐθέλεια σελίσιψ,
Τὰρ ἀρετὰρ, φυχῆς ἀγαθὸν μόνον· οὐδὲ οὐτισμόν
μέτρα καὶ τοὺς ἐνθρηπούς, καὶ πόλιας.
Σερπίδες δ' οὐδὲ πόθιλα φιλορτέλοι, οὐδὲ πάσιν
ἄλλοις

Η μία τῶν μνήμων ἔννυσε θυγατέρεων.

Quod nos ita ut canque uertimus.

O' quorum studiis infixa est stoica secta,
Indentes libris dogmata mira sacris:
ut pote sola bonum mentis, quod splendida uirtus
sit, que uitam hominum seruat et una fuet.
Ait alius ut sit finis iucunda uoluptas,
Natura in causa est unica Mnemosyne.

N V N C V P A T O R I A.

Huius itaque nomine, cùm nullum non & animo & corpore subeundum laborem existimarem, Lutetiam ab initio, omnium bonorum studiorum parētem fœcundissimā adire visum est. Vbi cū per aliquot annos humanitati plane animū adiunxissem, indēq; velut ē medio cursu à parentibus (vt solent liberos ad artes questuarias, & ut ille dicit, περὶ τὰ ἄλφιτα facientes, omni operuocare) abreptus, legitimæ scientiæ Auenione ac Tolosæ aliquandiu atten-dissim: ecce de integrō me & certe ἀπεσθοκήτως benignissima parens reuocat, quasi & legum facultas illic esset absoluenda, vbi cæteræ disciplinæ longè sunt absolutissimæ. Lutetiam itaque redij, nescio an magis, ut quicquid ex prudentum responsis accepissim, audiendis in ampli-

EPISTOLA

simo totius Europæ senatu causis roborarem, an verò ut me velut reconquendum traderem, animumque iam fatiscentem, mansuetioribus misis reficeré. Hic cùm in Orum Apollinem vetustissimum sanè autorem incidissem, Deus bone, quām reconditam in eo doctrinam, quātam ad mysteria plurima pernoscenda fene stram patefactam deprehendi: quid non syncerioris occultiorisque philosophiæ? Quem quidem autorem dum attentissimè perlegerem, sæpe mihi in mentem venit, nō de nihilo esse, quòd Plato, Pythagoras, aliq; eminentissimi viri, A Egyptum sibi perlustrandam duxissent. Enim uero quāta in eius autoris lectione voluptas oboriebatur, tanta altera ex parte se se offerebat difficultas, quòd multa perspicere loca mutila, &

N VNC V P A T O R I A.

quæ vix citra vetustissimi exemplaris copiam possent restituī. Taceo q; à Bernardino quodam Vincentino multa non satis feliciter versa sunt, pleraque etiam prætermissa, quod fortè codici in quem inciderat, ascribendum fuerit. Itaque cùm autorem hunc, ut quām commodiſſima dictione verterē, scholiisque, si res postularet, illustrarem, à quibusdam eſ sem rogatus, id quidem mei amantissimis, & quibus me plurimū debere fateor hominibus negare non potui. Cæterū cùm quicquid est à me in hac re laboratum, disquirerem in cuius nomine euulgare (neque enim obtrectatores defuturos, qui nostrum hunc laborem, ut certa solent, in peiorē partē raperent) vñus occuristi, humanissime Præſul, qui totum hoc tibi prope tuo ui

EPISTOLA

re vēdicare posses. At miraberis forsan, qua via in tuam nunc velut imprudēs familiaritatem irrepam, qui forsan ne nomine quidē tibi notus sim, quōque pacto religionem sanctimoniam quetuam ausim ad hęc profana alioqui reuocare. Sed illud primum tibi, charissime Antistes, persuadeas velim, me cùm ex ciuiū tuorum, hoc est Uticensium, numero sim, nihil nō tibi vt integerrimo pastori debere, omnibus rebus tibi esse obstrictissimum. Rursus huc me tua nominis celeritas & splendor impulit, qui non his contentus studiis, quæ quis in præfule necessariò postulet, in penetralia etiam Gręcarum & Hebraicarum literarum tete abdere volueris. Testes ijsunt quos pro humanitate tua ab aliquot annis in tuo celeberrimo comi-

N VNC V P A T O R I A.

tatu fouisti, & liberalissimè exceperisti. Detua porro in nostrates omnes benevolētia, nihil est quod hoc loco fusiūs agam. Huc accedit, q̄ & quosdam ex genere nostro, arctissimo nimirum mihi propinquatis gradu coniunctos, ad amplissimos in tua ciuitate regēda honores promovisti. Quæ omnia me nunc vel inuitum impellunt, vt & Orum ipsum *αὐτός οὐχ Φορέας*, multo tamē quām antea emendatiorem, & eundem à nobis latinitate donatū, scholiisq; illustratum tuæ consecrem humanitati. Quæ si quo à me offeruntur animo exceperis, quod e quidē (quę tua est in omne literarum & studio-
forum hominū genus humanitas) tenō dubito facturum: me primum tibi planè deuincies, deinde & ad maiora post hac molienda animum

EPISTOLA

addes. Quanquam his quid maius
esse potest, quæ ex intimis & ipsissi-
mis, ut ita dicam, naturalis mora-
lisque philosophiæ fontibus, quin
& plerunque ex matheseōn axioma-
tis & scitis sumpta sunt? Hoc ergo
quale quale est, tibi totum offero,
sub tua fide & clientela colloco, vt
me qui tuam, quemadmodum no-
I. nō dubito. ster loquitur Proculus, maiestatem
de capt. e comiter obseruo, nostrūmq; Orum
postl. reuer. ab omni malignorū hominū rabie
vindices ac tuearis. Generosum au-
té animum tuum, & sublime istud
honoris fastigiū, omnē deniq; rerū
tuarū statum bene fortunet Deus
Opt. Max. *Ωλεια Αλην.* Bene vale di-
gnissime Præsul, & munusculum
nostrum candido animo suscipe.
Lutetiæ Parisiorum. 13. Cal. Maias.

1548.

AD LECTOREM.

Admonitum te velim, lector, in hac Ori edi-
tione pleraq; secus habere, quam in prioribus:
idque propter oblatum nobis à doctiss. & dili-
gentiss. homine Guil. Morelio vetustum huius
autoris exemplar manu scriptum. Ex quo in pri-
mo libro (qui in eo tantum, nec tamē totus de-
scriptus erat) multa restituimus. Hoc tamen sci-
to, vbi alia illuc lectio occurrebat, iudicio adhi-
bito nos cā secutos quæ potior videretur, adie-
cta interim margini vetusti codicis lectione, v-
bi nostra nō displicebat. Illud insuper es admo-
nendus in vetusto exemplari capitibus titulos
non præponi, sed ad marginem adscribi. Quod
cū parui referret, morem iam hic receptū, te-
mere immutare noluimus. Quod ergo iam ca-
stigatiorem Orum habeas, benebole lector, ve-
nerandę vetustati tributo, & nostrum hac in-
re, atque aliorum quorū opera castigatione nunc
prodit Orus Apollo, laborem boni consulito.

INDEX COPIOSISSI-
mus corum quæ in Oro Apolline,
aut aliarum rerum signa,
aut signata reperiuntur.

- A Ceria cōflagrās. 40 Annus quomodo defi-
cāptor 10,112,197 gnetur 5
Accipitres duo 12 Annus instans 7
Acutiūs homo 198 Annus quot dies habeat. 22
Adiantus herba 190 Antiqua origo 48
Adulatione deceptus 188 Apertum ac patens 44
Aedificandi cupidus 206 Apes 87
Aegyptie literæ 158 Aqua & ignis 64
Aegyptus 40 Aquila 153,193
Aequinoctia. 32 Aquilæ pullus 99
Aenium 2 Armatus homo 109
Amens 78 Arnum 8
Amor 123 Aspeclus 21
Anguilla 200 Astromyon 5
Anemones flos 105 Attramentum 58
Anguis in cuius medio do-
mīus 86 Auditus 69
Anguis caudam ori admo-
uens in orisfigurā 84 Auditus 107
Anguis uigilans 85 Auri pīcta 120
Anima 11 B
Anima hoīs masculi. 98 Bai & baieth quid apud
Animus seu animi presta-
ta, 34 Basiliscus 3

INDEX

- Belli actiæ 102 Columba nigra 129
Bonū viri os 101 Commercium cum alienige-
Bonum caput 221 nis habens 208
C Conciliādī sibi alios nī prae-
Cœcus homo 160 ditus 213
Cœdis admissæ pœnas dans 209
Cœlum & terra 38 Concordia 102
Cœlum ros fundens 56 Concubitus 51
Galamitates oblatas intre-
pidè ferens 169 Conyzæ 176
Calamitatibus prioribus e-
mendatus 214 Continuè laborans 194
Camelus 197 Cor 55
Cancer cum Ostico 205 Cor supra acerram 40
Canis 60,62 Cor hominis faucibus ap-
Canis auersus 119 pensum 101
Capita duo 42 Cornix 186
Capite carens ambulās. 83 Cornices duæ. 13,14,137
Capra 165 Cornicis pulli 194
Carabus & polypus. 207 Coturnix 72
Castor 162 Coturnicis os 107
Cauens sibi ab mimicorum Cribrum 58
infidys 191 Crocodilus 92,94,177,
Cerurus 118,184 178
Cerurus cum tibicine 188 Crocodili cauda 95
Cibum uenens 207 Crocodili oculi 93
Cicada 152 Crocodili uespa. 121
Ciconia 156 Cucapha 79
Cognitio 75 Culicum copia 144
Columba 82,145 Custos domus 62,85

INDEX

<i>Cygnus</i>	136	<i>Facundus</i>	92
<i>Cynocephalus</i>	28, 32	<i>Fœcundi hominis penis.</i>	70
D		<i>Folia</i>	124
<i>Debilis homo, lascivius tam men</i>	149	<i>Formica</i>	75, 161
<i>Debilis homo qui alio per- sequente aufugit</i>	142	<i>Formicarum discessus</i>	131
<i>Desponsata mulier</i>	III	<i>Fortis simul & temperans</i>	
Deus	10, 25, 98, 222	<i>Fullo</i>	90
<i>Digitus</i>	103, 110	<i>Fumus</i>	113
<i>Dimensio</i>	110	<i>Furens</i>	92
<i>Doctrina</i>	56	<i>Fusus</i>	219
<i>Domusse continens</i>	161	<i>Futurum opus</i>	120
<i>Domum maestandis omnibus & capris exhaustiens.</i>	176	G	
<i>Drachmæ duæ</i>	23	<i>Gratus animus</i>	79
E		<i>Grues</i>	191, 195
<i>Eccori</i>	15	<i>Gustus</i>	49
<i>Elephantis</i>	181, 182, 183	H	
<i>Equa lupum calcans</i>	142	<i>Hieracion herba</i>	10
<i>Equi cadaver</i>	141	<i>Hippopotami</i>	81, 117
<i>Equis fluminalis</i>	81	<i>Hircus</i>	70
F		<i>Hirun limis natura & pi-</i>	
<i>Faces</i>	172	<i>Etura</i>	128
<i>Facies sine oculis</i>	22:	<i>Homo inualidus, & qui a-</i>	
<i>Fatum</i>	26, 126	<i>liorū auxilio egeat.</i>	130
<i>Febricitans</i>	173	<i>Homo lapsus suos occultans</i>	
<i>Felis aquaticus</i>	207	<i>Homo mulicri iunctus.</i>	204
<i>Filius</i>	76	<i>Homo multos seruas in ma-</i>	
<i>Fistula</i>	214	<i>ri</i>	201
		<i>Homo nō habes per se bilis,</i>	
		<i>sed ab alio cōmotus.</i>	145
		<i>Homo</i>	

INDBX.

<i>Homo peregrè nunquā pro- fectus</i>	Humilitas	10
<i>Homo accusatus, & ideo agrotans</i>	Hyæna	166, 167, 168,
<i>Homo castigatus resipiscēs.</i>	Hydria	38
I		
<i>Ibis Mercurio sacra</i>	Ichneumon	130
<i>Ignis & aqua</i>	Ignis	64
<i>Igne castigatus</i>	Igne combustus	172
<i>Igne fumo designatur</i>	Imago umbilico tenus cum gladio depicta	116
<i>Immundities</i>	Imperans hominibus suige- neris	293
<i>Impietas</i>	Imposibile	83
<i>Impudens</i>	Impudentia	199
<i>Inexpertus</i>	Ingratus & iniustus	81
<i>Ingratus in promeritos</i>	Ingratus	82
<i>Inimico superior</i>	Inimicus & infestus omni- bus	168
<i>Inimicus cum pari inimico congregiens</i>	Instabilis	200
<i>Honestostudiosus</i>	Instauratio diurna	132
<i>Horoscopus</i>	Insanus	92
<i>Hora</i>	Instabilis	166
<i>Horus</i>	Instauratio diurna	154

INDEX.

- I**
 Intemperans 210 **L**
 Interitus 73 **M**
 Inundatio 52 **M**
 Ira 28, 135 **M**
 Isis 5 **M**
 Index 60, 61 **M**
 Iunco scribunt Aegyptū 58 **M**
 Inno 23 **M**
 Ius aequū oībō reddens 215 **M**
L
 Labor. 221 **M**
 Lampas ardens 220 **M**
 Laqueus 123 **M**
 Leæna 179 **M**
 Leo 34, 35, 36, 38, 135, 172, 173. **M**
 Lepus 44 **M**
 Liber signatus 124 **M**
 Liberi matri insidiātes 157 **M**
 Liberos dimittens ob paup. pertatēm 196 **M**
 Limes 22 **M**
 Linea super lineam 127 **M**
 Lineæ decemplanæ 127 **M**
 Lingua supra oculam crue-
tum 45 **M**
 Literæ 28 **M**
 Longænus 118 **M**
 Lunbus hominis 106 **M**
 Luna 28, 91 **M**
 Lunæ ortus 30 **M**
M
 Lupus 119, 170, 171 **M**
 Magistratus 60, 61, 108 **M**
 Manus una arcum, altera
scutum tenens 102 **M**
 Manes 223 **M**
 Manus hominis 216 **M**
 Mars & Venus 12 **M**
 Masculus 98 **M**
 Mater 21, 23. Mēsis 6, 91 **M**
 Minerva 23 **M**
 Misericors 22 **M**
 Morbus 105 **M**
 Mors 122, 219 **M**
 Mula 139 **M**
 Mulier abortū faciens 142 **M**
 Mulier lactas & benenu-
triens 150 **M**
 Mulier quæ infantes fæmi-
nas aut mares peperit 140 **M**
 Mulier quæ virū odit 156 **M**
 Mulier semel enixa 179 **M**
 Mulier sterilis 139 **M**
 Mulier uidua 129 **M**
 Mulier uiri præstans opera-
tum 45 **M**
 Mundus 17 **M**
 Muræna piscis 208 **M**
 Mus 73 **M**
 Musca 126 **M**
 Muscæ 74 **M**
 Mustella 133 **M**

INDEX.

- N**
 Natatio 28 **N**
 Nefanda res & abominā-
da 65 **N**
 Nili inundatio 38 **N**
 Nox 98. **N**
 Nuptiæ 14 **N**
 Nycticorax 122 **N**
O
 Obsidio 125. Occasus 94 **O**
 Oculus 45, 222 **O**
 Onocephalus 41 **O**
 Oppressus ab hostib⁹ 170 **O**
 Opus 114 **O**
 Orbis terrarum 28 **O**
 Origanum 131 **O**
 Ortus 17, 93 **O**
 Os spinæ dorsi 106 **O**
 Os 49, 66 **O**
 Ostrea 204, 205 **O**
 Otis & equus 147 **O**
P
 Pædicatio 192 **P**
 Pallium sacrum ferens 62 **P**
 Palma 5. Palubus 143 **P**
 Papyri fasciculus 48 **P**
 Pardus 167, 187 **P**
 Passer & noctua 148 **P**
 Passerulus pyrgites 212 **P**
 Pater signatur Scarabæo 17 **P**
 Pater 63 **P**
R
 Patris amans 156 **R**
 Patrimonium 128 **R**
 Pedes compacti & fir. 100 **R**
 Pedes hominis in aqua ob-
ambulantes 83 **R**
 Pelicanus 78 **R**
 Penis manu cōpressus 104 **R**
 Perniciosus homo 154 **R**
 Populus regi obsequens 87 **R**
 Porcus 134. Præfagiū 22 **R**
 Præstatiæ 10. Puritas 64 **R**
Q
 Quarta anni pars 177 **Q**
 Qumarius numerus 25 **Q**
R
 Ramus 6. Rana 43 **R**
 Rapax 92, 128 **R**
 Resipiscens 214 **R**
 Rex custos 85 **R**
 Rex fugiens inspiciēta. 182 **R**
 Rex fugiens nugatorē 183 **R**
 Rex orbis moderator 86, 88. **R**
 Risus 60. Robur 35 **R**
 Robustus homo 181 **R**
 Ros è cælo 56 **R**
S
 Sacer scriba 58, 60 **S**
 Sacra ambres sacerdotū Ae-
gyptiorum liber 68 **S**
 Sacris initiatus 152 **S**
Bij

INDEX.

Salamandra	152	Tauri auricula	69
Saltatione gaudens	151	Temperantiae dubiae hō. 175	
Sanguis 10, 121. Scala	125	Tempus 98 Tenebrae 95	
Scarabaeus	17, 24, 138	Terribilis	36
Scorpius & crocodilus	132	Tonitru	47
senex fame confectus	193	Torpedo pisces	201
senex musicus	136	Tumultus	109
Sepia	211	Turtur	150, 151, 209
Sepulchrae prospiciens	185	Tutela & praesidium	42
Sermo	45, 124	V	
sero redies ex peregrin.	54	Vates	50
Serpens dimidiatus	88	Vbaeus quid significet	1
Serpens integer	89	Veneri addictus	212
Sideralis sciægnatus.	195	Venti 112. Vermes 144	
Sidus 25 silentium	47	Vescens homo	177
Simia	163, 164	Vescēs profusius alienis	210
Sol dominus misus	10	vespae.	121, 141
Sol & Luna eū notant	2	vetustissimum	124
solis ardor	138	victoria 10. vigilas 35	
Solis circulus & discus.	111	vindemia copiosa	189
Solis cursus	00	Vipera	157, 184
Sothis 5. Splen	60	vir 17, 137. vita 220	
Stabile actutum	107	vltio 115. vnigenitus 16	
Stella	4, 98.	voluptas	50
Stomachus	163	vox remota	47
Struthiocamelus	215	Vrupa	189, 190
Sublimitas	10	Vrsæ partus	180
T		vuae eſu offensus	190
Talpa	168	Vultur	21, 24
Taurus	67, 140		
Taurus ligatus	174, 175		

FINIS.

1

ΕΠΡΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ * ΝΕΙΛΩΝΟΥ, Ναλαπού
ιερογυλφικὰ, ὃ ἔξητε γε ἐν αὐτῷς λίγυστά
φωνῇ, μετέφρασε Ἰωάννης Φίλιππος εἰς τὴν
Ἐλλαδικὴν διάλεκτον.

ORI APOLLINIS NILIACI SA-
CRAE SCULPTURÆ, QUAS IPSE QUIDEM AEGYPTIO SERMONE
PRODIDIT, PHILIPPUS UERÒ LINGUA
GRÆCA DONAVIT.



Πῶς αἰῶνας συμαίνονται.

IΩΝΑ ΣΥΜΑΙΝΟΝΤΕΣ, ἩΛΙΟΣ Ο ΣΕΛΗΝΗΣ
γενεθλιούσι, διότι αἱ ἀνιστάντες εἶναι 508
χεῖα. Λιῶνται δὲ ἐπέρεις γενάσθαι βου-
λόμενοι, ὅφειροι ωραῖοι φοῦσι πρέχοντας
τὴν οὐρανὸν καὶ τὸν λοιπὸν σῶμα κρυπτομένην, ὅμοιοι

A

καλοῦσιν λίγύπτιοι οὐδεῖσθαι, ὁ δὲ εἶπεν εἰλλωις βα-
σιλίσκορ. ὃν τῷ χρυσοῦ ποιοῦτες, θεοῖς που..
Ἄνθασιν. αἴσθατε μὲν λέγουσιν λίγύπτιοι φά. τὸν
τοῦ ζώου μηλοῦθα, ἐπειδὴ διὰ τοῦ γενῶν φεωρ
καθεισάτωμ, τὰ δὲ λοιπὰ θυτά υπάρχει, στέρω καὶ
μόνον ἀποτελεῖται, ὁ δὲ πρεσφυστῆς ἐτέρῳ παν.
Ὕπαρχος, διήσει καὶ τὸ δαιμόνιον ἀναμεῖται. ὁ δὲ εἶπεν
Δοκεῖ ζωῆς καὶ θανάτου κυριόθειρ, Διὸς στέρωσι.
τὸν ἀδιάφορον κεφαλῆς τῆς θάνατον θέασι.

Quo pacto æuum significant.

Æuum innuentes, Solem ac Lunam pingunt,
quod hæc æterna sint, æuque fluxum producen-
tia elementa. Quin & aliter æuum pictura ex-
primere volentes, serpētem pingunt, cuius cau-
da reliquo inuoluatur ac tegatur corpore. Hæc
Ægyptii quidem lingua sua Vbaum, Græci ve-
rò Basiliscum appellant. Eundem ex auro con-
flatum diis circumponunt. Ceterum hoc ani-
malium æuum significari propterea Ægyptii dicūt,
quod cùm tria sint serpentium genera, solum hoc
ex omnibus immortale est, cetera mortalia: ut
pote cùm quodvis aliud animal solo afflatus etiā
absq; ullo morsu serpens hic interimat. Vnde
& quoniam vita necisq; potestatem habere vi-
detur, meritò sanè deorum capitibus inseritur.



Πᾶς κόσμος.

Κόσμοις βουλόμενοι γραψαν. ὁ φιλοζωγοφός
σι τῷ ἔσω τοῦ ἐδέντος σύραμ, διηγμένοις φολίσι
ποικίλαις, φά. τῇ φολίδιων αἵνιτόμενοι σὺν τῷ
τοῦ κόσμῳ ἀσέρεας βαρύτατης ζῶαμ, καὶ τά-
τῳ καὶ ἡ γῆ· λειότατη μὲν, ὥστε οὐδεμίᾳ· καθ' ἕκα-
στου τοῦ σταθμοῦ τοῦ γῆρας ἀφεῖς, ἀγρούσεται· καθ' ὃ καὶ
ὁ τοῦ τοῦ κόσμῳ σταθμοῖς χέρος σιαλαγύλω ποι-
ούμενος, νεάργα. τοῦ μὲν ὡς Τοφῆς χρησταὶ τοῦ ἔσω
σώματι, οὐκούνει, τοῦ πάντας ὅφεις ἐκ τῆς θείας πε-
νολας εἰς τοῦ κόσμῳ γεννᾶται, τοῦτα πάλιν καὶ
τῷ μετωπῷ εἰς αὐτῷ λαμβάνει.

Quo pacto mundum.

Mundum exprimere volentes, serpētem pin-
gunt qui suam ipsius caudam rodat, variis inter-

4 distinctum squamis: per squamas quidem stellas quibus cœlum mundusque distinctus est, obscurè innuentes. Ceterum hoc animans non secus ac terra grauissimum est, lauissimū autem ac maxime lubricum, in aqua morem. Insuper ut serpens quotannis pelle simulq; senio exuitur: sic & annus vertēs, qui mundi circumactu producitur, immutatione facta renouatur, ac velut reiuenescit. Quod verò velut cibo suo vtatur corpore, significat id, quæcunque Dei prouidentia in mundo gignuntur, ea rursum in eundem resolui, & tanquam imminutionem sumere.



1. Πᾶς εἰσιαυτόν.

Ἐνιαυτόν * μὲν βελόμενοι Δηλῶσαι, ἵσι τουτέσι χωρία, ξωγράφοῦσιν· τῷ δὲ αὐτῷ, καὶ τῷ θεῷ συμπάνουσιν. Ισις μὲν παρ' αὐτοῖς Βελούση,

5
οὐγυπτίσι οὐλούμενος σῶθις, ἐπικαιστὴ ἀσρομένων, ὃς Θοκεῖ βασιλέας τῆς λοιπῆς ἀσέρου, ὅτε Μέμείδωμ, ὅτε μὲν Ηαζωμ ἀνατέλωμ· καὶ ὅτε Μέμπετρος, * ὅτε μὲν οὐχ οὔτως. Εἴτι μὲν Εἰδιότε οὐτού τῷ Ζύρῳ τὸν ἀσρόν ἀναβλήσῃ, συμειούμενος τὸν πάνταυτην εἰ Ζεῦς εἰσιαυτόν μελόντων τελεῖσθαι· μιόσθη οὐκ ἀλόγως τῷ Σισιαυτόν μελεγεσιν. Καὶ ἔτερως μὲν εἰσιαυτόν γράφοντες, φορνιαξιώρεψινσι γένεται μέν μερομέτρον μόνον τῷ ἄλλωρι οὐτού τῷ ζεναβλήσῃ τὸ σελικής, μόνη βάσιμη γεννᾷ, ὡς εἰ τούτης μάδεια· βάσιστην εἰσιαυτόν παρέγεισθαι.

Quo modo annum.

Porrò annum demōstrare volentes, Isin, hoc est mulierem pingunt: quo etiam signo deam significant. Est autem apud eos Isis sidus quod Ēgyptio quidem nomine Sothis, Græco verò Astromyon dicitur, qui & inter reliqua sidera principatum obtinere videtur: ut qui dum orientur, nunc maior sit, nunc minor, interim splendidior, interim verò secūs. Insuper & quoniam in huiusc sideris exortu, ea signis quibusdam obseruamus quæ toto anno peragēda sunt, propterea nō ab re annum Isin appellant. Aliter quoque annum indicantes, palmam pingunt, quod arbor hæc sola ex omnibus ad singulos Lunæ ortus, singulos etiam ramos procreet, ita ut duodecim ramorum productione annus explicatur.




4. Πᾶσι μῆνας.

Μῆνας μὲν γράφοντες, βάσιμοι ωραῖοι φοῦσιμοι. ἦσε.
λίγινα ἐπειραμμένην εἰς τὸ κάτω. Κάτιμοι δέ, τὸ πε-
ριημένης ὑπὸ τὸ φοίνικος αἴτιας γέρειμ· σελήνηνας μὲν
ἐπειραμμένην εἰς τὸ κάτω, ἐπειδήν φασιμ, εἰ τῇ ἀ-
νατολῇ πειτεκαίδεκα μοιρῶν ὑπόρεχε τούτῳ, περὶ
τὸν αὐτὸν οὐτε κέρασιν ἔχημα γίνεται· ἐμὲ τῇ ἀγρικρού-
σῃ, τῷ μέριθμορ τῷ διάκοντας ἡμέραν παλιρωθε-
ται, εἰς τὸ κάτω τοὺς κέρασιν βύει.

Quo modo mensem.

Mensem autem notantes, ramum pingunt,
aut Lunam deorsum conuersam. Ramum qui-
dem, ob causam iam in palma dictam: Lunam
verò deorsum vergentem, φανταζunt quidem
dicant eam cum quindecim est partium, sursum

erectis cornibus apparere: at in occasu, triginta
diebus cōpletis, cornua deorsum inflexa gerere.



5. Πᾶσας ἐνισάμβλομοι ἔτες.

Ἐτεῖς δὲ ἐνισάμβλομοι γράφοντες. τέταρτον ἀραιό-
τες γράφουσιμοι. ἐτι μὲν μέτροι γῆς ἡ ἄρευσα, πηχῶμ
κατόρ. βαλάμβλοι τε ἔτες εἰ πεῖμ, τέταρτον λέγου-
σιμοι, ἐπειδήν φασικατὰ τῷ ἀναβολῶντὸν ἀνέρου αἱ
τάσθειας, μέχρι τὸ ἀλλοιοσταύλοις, τέταρτον ἡμέ-
ταις προστίθεσαι, ὡς εἶναι τὸ ἔτος τὸ θεοῦ, βιακο-
ρίων ἐξήκοντας πεντε ἡμέραν, ὅθεν οὐδὲ τετά-
κηλοποιού πουλασθεῖμέραν αριθμοῦσιμοι λίγοποιοι.
τὰ γῆς τέσσαρα τέταρτα ἡμέραν σταύρωσι.

Quo modo instantem annum.

Instantem annum significantes, quartam arui

partem pingunt. Est autem $\ddot{\alpha}\rho\sigma\nu\varrho\chi$, vnde Latinis aruum dicitur, terrę mensura centum complectens cubitos. Itaq; annum volentes dicere, quartum dicūt, propterea quòd ab uno, vt tradunt, sideris cui Sothis nomen fecimus, ortu ac alterū quarta sit interiecta diei pars. Enim uer, dei Solis inquā, annus trecētis sexaginta quinq; diebus absoluitur: vnde & quarto quoq; anno superuacuum diem computant atq; intercalant Agyptii. Quatuor siquidem diei quadrantes, diem perficiunt.



6. Τί μηλοῦσι ψιρέραις γράφοντες.

Θεού Βέλόμπουρσκηναν, ἡ Ὀψος, ἡ τα πείνωτιν, ἡ
εὐθυροχήρη, ἡ αἷμα, ἡ νίκη, ἡ ἀρεα, ἡ ἀφροδίτη,
ἱέρασκας ωμέγα φῆστι. Θεὸν μὲν δέ τι σ' εἰναὶ

τὸν ὄιερας Δῆμον πέρι τῷ περὶ τῷ τυχήματι παθεῖμ, οὐδὲ οὐ τίνει Σκαθόλομ, αλλ' αὖτα, φέρεται.

Quid accipitrem pingentes, innuant.

Deum cum volunt significare, aut sublimitatem, aut humilitatem, aut præstantiam, aut sanguinem, aut victoriam, accipitrem pingunt. Deum quidem, tum quod fœcundū sit ac diuturnę vitę hoc animal, tum etiā quod Solis præter ceteras volucres simulacrum esse videatur, ut pote peculiari quadam atq; occulta naturę vi, intentissimis in eius radios oculis prospiciens. Atq; hinc est, quod medici ad sananda oculorū vicia, hieraceo herba vtuntur. Inde etiam fit, ut solem interdum, tāquam visus auctorem ac dominum, accipitris forma pingat. Sublimitatem verò, quoniam cum cætera quidem animantia, quoties in sublime tolli volunt, obliquè ferantur, nec rectā sursum euchi possint, solus accipiter rectā in altum volat. Humilitatem porrò seu deiectionem, φ eadem ratione cæterę animantes non perpendiculi modo, sed velut ex transuerso & flexuose deorsum ferantur, solus accipiter directō ad inferiora viam carpat. Præstantiam, quod cæteris præstare videatur auibus. Sanguinem, quia animal hoc inquiūt nō aquā, sed sanguinem bibere. Viatoriam demum, quod cætera volatilia vincere videatur. Cū enim robustioris animantis potentia se videt opprimi,

tum sese in aëre ita resupinans, vt vngues quidē sursum, pennas verò ac posteriores partes deorsum versas habeat, cum idem avis que cum eo congregitur efficere nequeat, ita facile eam infugam vertit, ac sibi victoriam parat. Quin & pro anima ponitur accipiter, iuxta nominis interpretationem. Siquidem Ægyptiis accipiter bæth dicitur, quod nomē si diuiseris, animam & cor sonat. Bai enim anima est, eth cor. Cor autem ex Ægyptiorum sententia, animæ ambitus est. Itaque nominis compositio animam cor datam notat. Vnde & accipiter ob eum quem cum anima habet naturę consensum, aquam omnino nō babit, sed sanguinem, quo & ipsa nutritur anima.



Πῶς ἔρεα, καὶ ἀφροδίτῳ.
Ἅρεα μὲν γραφούτες καὶ ἀφροδίτῳ, μένοιέρεα-

κας ζωγράφουσιν, ὅμη τῷ αἴρσενος εἰκασίουσι
ἄρδ. τῶν ἡ πτλάναι, ἀφεοπίτη· ἐπειδὴ τὰς ἡμέρας
θηλυκὰς ζώα πέπει πάσχει μέχει τοῦ οὐρανού.
πάκους, καθάποδοι ἕραξ. Κισκούλακις γῆ τοιμέ-
ρας βαθυτόμενη, ἐπειδή μάλα χωρίση, Φωνιθεῖται
τὸ στόμα τοῦ αἴρσενος, πάλιμ ύπακού. Διὸ καὶ πά-
σαι θηλυκαὶ τοῦ οὐρανού τειθομένης λίγυπτοις ἀ-
φροδίτης καλλιστῇ τῷ μὲν μὲν τειθομένης οὐρανού.
τῷ περγαρεύοντι. Διότι δέ τοι εἰς οὐλίαν τὸ ιέρας
αἰθέρην. παρατλησίως γῆ τοῦ οὐρανού τὸ Κισκούλα-
καριθμόρην τῷ τλησιασμῷ τοῦ θηλείας ἀρρενιδι-
σην. Εἰ τέρως ἡ τὸ οὐρανόν καὶ τὸ αἴροδίτης γράφον-
τες, μένοις πορώνας ζωγράφοις, ὡς αὖλερας καὶ μωμό-
να. ἐπεὶ δέ τοι τοῦ ζωού μένοις ὡς Γεννᾶς, ἀφ' ὧν οὐρανού
καὶ θηλυκαὶ θηλείας μεταβολαὶ γεννήσεις, ὅποι
τοισιώς γίνεται λύσιο αἴρσενικα, ἢ λύσιο θηλυκά,
τὰ αἴρσενικὰ τὰς θηλείας γαμήσαντας οὐ μίσγεται
τοῖς πορώνι, οὐδὲ μικρὸν οὐ θηλείας πορώνι *έτέρα
μέχει θανάτου, ἀλλὰ μόνα τὰς ἀρχές γενένται δια-
τελέσ. Μιδέ οὐ μάλιστα πορώνι σωματικύτες, οἰωνίζον-
ται οἱ αὐθρωποι, ὡς χιρεύοντες σωματικύτες ζώα.
Αἱ ζηιαστικαὶ τῶν ομονοίας χάριψ, μέχειν τοῖς
έλητες ἐμρήτις γάμοις ἐκκορῃ πορτοῦ πορώνια λέγου-
σιν ἀνοίντες.

oi deest in
veteri co-
dice.
κορώνη

Quo modo Martem ac Venerem.

Martem verò & Venerem notātes, duos pin-
gunt accipitres, eorum marem Marti, fœminam
Veneri comparantes: idq; propterea quod ex

ceteris animantibus fœmina mari non ad omnē
congressum obtemperat, vt in accipitrum ge-
nere, in quo et si tricies in die fœmina à mare cō-
primatur, ab eo digressa si inclamata fuerit, pa-
ret iterum. Ideoq; & fœminam omnem quæ vi-
ro morem gerit, Aegyptii Venerem vocat: quæ
verò non est dicto audiens, non ita appellant.
Atq; hæc sanè causa fuit cur Soli accipitrē con-
secrarent: non secus enim ac Sol, ter denarium
explet numerum in congressu fœminæ. Aliter
quoq; Martem & Venerem scribētes, duas pin-
gunt cornices, vt marem ac fœminam: quoniam
animal hoc gemina solet oua parere, ex quibus
mas & fœmina gignantur. Vbi verò, quod raro
tamen accidit, vel duo masculine vel duo fœmi-
na oua pepererit, mares fœminis cónubio iun-
cti nunquam ad alteram diuertunt cornicem, ac
ne ipsa quidem fœmina, quoad vivit, ad alterum
marem: sed disiuncti, soli deinceps semper de-
gunt. Vnde & cùm vni cornici occurrerint ho-
mines, augurantur præfagiū sibi hoc esse viduæ
vitæ, quod scilicet animali viduam agenti vitā
obuii facti fuerint. Proinde in hūc usque diem
Græci ob tantam harum avium cōcordiam, in
nuptiis ignorantes verbum illud usurpare solent
ἐκκορῃ, nimirum πορτοῦ cornicem appellantes.



8. Πᾶς γάμοι.

Γάμοι μὲν οὐαῖτες, μένο κορώναις πάλιμ ἡ χρυφοῖσι, τὸ λεγθέντος χάριμ.

Quo modo nuptias.

Atque eandem ob causam nuptias innuētes, duas rursum appingunt cornices.



9. Πᾶς μονογενές.

Μονογενὲς ἐ Δηλοιῶτες, ἡ γένεσιμ, ἡ πατέρας, ἡ ιόσμορ, ἡ ἄνθερα, η ανθαρομήρα φοῦσι. μονογενὲς ἐ ὅτι αὐτογενές ὔτι τὸ ζῷομ, στάσι θηλείας μὴ κυοφορούμενοι. *μόνικ γῆ γένεσις αὐτοῦ *ζιαύ-
τη ὔτιρ· ἐπέδιψαί μὲν ἀρσην βούληται ταπειοποιήσε-
ωσει βοὸς ἀφόσιμης λαβάμ, ταλάσσει σφαιροει-
δὲς παρατλάσιοι τούτοις ιόσμωσιν, ὃ ἐκ τὸπο-
σθίων μὲν οὐλίσθεος ἀπὸ ἀνατελῆς εἰς θύσιν, αὐ-
τὸς πέρις ανατολὴν βλέπει, οὐαὶ ἀπομιώσατο τὸ ιόσμιο
χῆμα. αὐτὸς γῆ ἀπὸ τὸ ἀπηλιώτου εἰς λίβα φέρε-
ται, οὐαὶ τῷ ἀσέρωμ δρόμοις ἀπὸ λιβός εἰς ἀπηλιώ-
τω. ταύτως ἐν τῷ σφαιραῖ κατορύξας εἰς γῆν,
καταγέθεται ἀπὸ ήμέρας εἰκοσιοιτώ, ἐμέσους καὶ η-
σελισην μέραντάς μέρειας ζώδια κυκλούσ, ὑφ-
λὺ ἀπομένοις ζωογονεῖται τὸ τὸ κανθαρεωμ γένος. τῇ

ἐνατῇ δὲ καὶ εἰκοσῆ ἡμέρᾳ αὐτοῖς τῷ σΦαιρῶν, εἰς
ὑπαρβάλλει ταῦτα γράπτεραν νομίζει σωστοὺς
ἄναι σελήνης οὐκέτι οὐκέτι τέ καὶ γένεσιν κόσμου. οὐκ
ἀπογομένης ἐμὲ τοῦτο, γάρ οὐκέρχεται, θυτέσιν
οἱ κάνθαροι. Γένεσιν δέ, πατέρα τῷ μόνου πατέρῳ τῷ γέ-
νεσιν ἔχει κάνθαρός. Κόσμοι δέ, ἐπειδὴν κοσ-
μοφόροι τῷ γένεσιν ποιεῖται. Λαύρας δέ, ἐπειδὴν Θη-
λυκόργένθα αὐτοῖς οὐ γίνεται. Εἰσὶ δὲ οὐκάν-
θαροι Ιδίαι βεῖς. περόπτην δὲ αἰλουρόβρομος Φόρος
καὶ ἀκίνωτη, λαύρα καὶ οὐλία ἀνέθεται δέ τὸ σύρ-
βολον· φαστὸν τὸ τέλερέας αὐλαρομ, οὐκέτε ταῦτα λα-
λειρτὰς κόρας τοῖς ζεῦς οὐλίας πρόμοις. οὐκέτε τοῖς νον.
ται δέ γράπτε περὶ περὶ τῷ θεοῦ ἀνατολῶν:
τροπούλοφεστις ἢ γίνονται κατὰ τὸ μέσον φύη ἡμέ-
ρας, ἀμαρτότροποι οὐκέτε φαίνονται, οὐκέτε μέλοντος
τοῦ οὐλίου. οὐκέτε τὸ ἑριλίου πόλει ξόσανοι τὸ θεοῦ
αἰλουρόβρομοφορύπάρχει. οὐκέτι δὲ πᾶς κάνθαρός
καὶ δικτύλοις βιαζονται, δέ τοι τὸ βιαζονταί με-
ρῶν τὸ μικρός, ἐραῖς οὐκέτι οὐλίος ἀνατέλλων, τὸ ξανθός
ποιεῖται πρόμοι. Λαύτερος δέ γενεά, οὐ λίκεροις καὶ
παροφθήταις, οὐκέτι τῇ σελήνῃ καὶ θεών, ἀφ' οὐ
θεοῦ τοῦ ἑρούρων ταῦρορ, οὐ τωματὸν θεοῦ ταῦτας
λέγουσιν εἶναι ποιητας Αἰγυπτίων. οὐτοί δέ οὐ μονό-
κλωνεκτούμορφος, οὐκέτι διφέρειν οὐδέμιον,
καὶ οὐκέτι τοῦ θρησκευτικού.

Quo modo vnigenitum.

Vnigenitum autem significantes, aut ortum,

aut

aut patrem, aut mūdum, aut virum, Scarabæum
pingunt. Ac vnigenitum quidem, quod per se gi-
gnatur hoc animal, utpote in utero fœminæ nō
prius efformatum ac gestatum: eius enim filius
huiuscmodi ortus est. Cum mas sobolem pro-
creare vult, bouis simum nascens, globulum ex
eo eiusdem cum mundo figuræ fingit: quem ubi
ab ortu in occasum auersis pedibus volutarit,
ipse rursum, ut orbis persimilem figurā edat atq;
exprimat, in ortum conuertitur. Ipse siquidem
orbis à Subsolano circuagit in Africum. At
siderū contrarius est cursus, ab Africo ad Subso-
lanum. Hac itaq; pilam in terra defossam reponit
in dies octo & viginti. nam & totidem die-
bus Luna duodecim zodiaci signa perlustrat, sub
qua toto illo tempore permanens animatur ac
semē vitale suscipit scarabæorum genus. Nono
autem & vicefimo die apertam pilam in aquam
coniicit (eum enim diem esse putat quo & Lu-
na cum Sole cōgrediatur, & mundi insuper fiat
generatio) quæ dum in aqua aperit, prodeunt
animalia, hoc est scarabæi. Ortum autem, pro-
pter iam dictam caussam. Patrem, quod ex solo
patre ortum habeat scarabæus. Mundum, quod
ad mundi figuram eius generatio ac fœtus acce-
dat. Virum denique, quod non sit in eorum ge-
nere fœmina. Sunt porro Scarabæorum formæ
tres: Prima felium specie, ac velut radiis insigni-
ta, quam & Soli ob significationem quandā di-
carunt. Ajunt enim feliem marem iuxta varium
solis habitum & cursum pupillas commutare,

B

ad ortum quidem Solis manè nonnihil extendi, sub meridiem velut rotundas fieri, Sole ad occatum vergente obtusiores obscurioresq; apparere. Vnde & quæ apud Heliopolin est Dei, Solis inquam, statua, felis speciem præ se fert. Habet autem & scarabæus omnis digitos triginta, idq; in indicium 30 mensis dierum, quibus Sol oriens suum per singula zodiaci signa cursum peragit. Alterum Scarabæorū genus bicorne est, & taurina specie, quod cum & Lunæ consecratum sit, inde etiam eum qui inter sidera relatus est taurū huiusc deæ elevationem esse perhibent Aegyptiorum filii. Tertium vnicorne est, & suæ peculiaris formæ, quod & Mercurio sacrum esse, ut etiam est ibis avis, existimarunt.



10. Τι γῦπα γράφοντες μηλούσι.
Μιτέρας μὲ γράφοντες, ἡ βλέψιμη, ἡ ὄριος, ἡ

περγυνωσιμ, ἡ σίαστρη, ἡ σύρανθη, ἡ ἐλείμονα, ἡ ἀθηνᾶμ, ἡ ἥρα, ἡ μεραχμάτη μίσο, γῦπα γράφονται. μιτέρας ἡ ἐπειδή ἔρρεψεν τούτῳ τῷ γένει τῷ γράμμῳ ωχ. ὑπάρχει. μὲ γένεσις αὐτῇ γίνεται τέσσαρα τοιωτα. ὅταρ *όργυση πρές σύλληψι μὲ ὄργωση γύψη, τὼ φύσιμ ἔσωτον ἀνοίξασε πρές βορέαν ὅτε μορφῶστο τούτῳ χθένεται μὴ ἡμέρας πεντε, εἰδῆς οὔτε βρωτεῖ, οὔτε ποτὲ μεταλλυβάνει, *ποιηθεῖσα οὖσε πατειοποιίαν. ἐτούτη καὶ ἄλλα *γένη γυπάνη, δι. ὅρνισαν γίνεται ἀνέμους *συλλαμβάνονται, ὡμητὰ ὡδε πρές συλλαβάνεια βρῶσιμ *αὐτῇ μόνομ, οὐκέτι ἡ πρές γραγονίαν ἔτι ἀντὸ γενήσιμα. γυπάνη μὲ γράμματος ποιουμένων τὴμ ὁχείσα, ἡ τῇ φῶμ γένεσις γραγονεῖται. βλέψιμη μὲ, ἐπειδή τῇ ἄλλων γράμμων πάρτων ὄξυων περιέρχεται ἡ γύψη, εἰ δὲ *ἄναζλη τηλίου ὅντες, πρές τῇ μύσιμ βλέπουσεν εἰδύσας τὸ θεοῦ ὑπάρχοντας, πρές ἄναζλω. ἐξ ινακούστης κάτηματος πορειζομένη τὰ πρές γενήσιμα αὐτῇ βρῶσιμα. Οὕτοι μὲ, μιόνη πολέμου μέλλοντος τελειουσθαι, τὸ πέπον ὄρεζει, εἰδῆς μέλλει ὁ πόλεμος γίνεσθαι, πρές οὐδὲν ἔπειτε ἐπ' αὐτῷ παραγινομένη. Προγνωσιμη μὲ, μιάτε τὰ πεφρημένα, καὶ ὅτι πρές τοις ταλείσιας *σφαγομένους καὶ ἡπτομένης βλέψαι, ταμιθυμένη τὼ Pro his ἔσωσθι ἐκ τῇ πτωμάτων γραφίων, παρ' ὃ καὶ οἱ ἀρ- duob' ha-χοῦσι βασιλεῖς, πατασκόπους ἐπειποργονεπότο. bet tantū μέροις κατὰ ποιορ τὸ πολέμου αἱ γύψαι βλέπουσι νετος, μέρος, εἰτούτη τὸ σιμειούμενοι τὸν ἡπτωμένους. σφαξομένης Επιαυτῷ τῷ, Διονύσῳ ἐργάζονται τῷ ξέφω τηλίκοστας

έφηκοντα πάντες ήμέρας τῇ ἑπούς Διάσηρεῖθαι, εἰ
αὖτος ἐμαύρι Θέατελεῖτου γένος Θέατρον γῆρα-
κοστι ήμέρας ἔγκυος μέντοι, καὶ τὰς Ἡραῖς νεοστή-
έκτεος· τοὺς δὲ λειπούσας ἐκατέρυπεῖκοστι πώλεων
πλημέλεια πιστίται, μάτε κινοθοροῦ θεού, μάτε τῆς
φύσεως, παρασκευάζοντα δὲ οὐαὶ πώλεις ἐτέραρσύλ-
λητέρων· τὰς δὲ λειπόντας πέντε τῇ ἔτεις ήμέρας, ὡς ἄδη
προέποντο. εἰς πώλεις ἀνέμεις οὐχίσιοι καταναλί-
σκει. Ελεύμονας δὲ τοῦ ποιεῖ παρά Νισυφέντα,
Νιάπατην οὐαέρχειν, ἐπεὶ στέρη τὸ ξύνομον πάντα
ἀναρέσει οὐαγηδόντων τὸν γράμματα, ἐπειδὴ ἐφ-
πεις ρήματα ήμέρας εἴηντας πάντας τῷ ημέρᾳ ἐκτέθη τέκνα,
ἄδη πλείσιον οὐαντετέλετον). τούτῳ δὲ τὸν νεοστήντος καὶ πώλε-
πούτων Φοῖβης αὐχελεῖται, ἐπειδὴ ἀχελεῖ θεοφύσης
παράχυται θεῖς πιστοῖς, σημέαντι μηρὸν ἀνα-
τεμοῦ θεού, παρέχει τοῖς τέκνοις τὸν αἷματος μετα-
λεμβανόντι, ὡς μὴ ἀσφρόγοντα Φοῖβης ἀνανεψεῖθι.
τοι. Αἴγιναν δὲ οὐαέρχειν, ἐπειδὴ ποιεῖ παρά Αἰ-
γυπτίους, οὐαέρχειν δὲ οὐατοῖς τὸν οὐρανόν τοις ήμισφαίριοι
ἀπειληθένται· τὸ δὲ οὐατοῦ οὐαέρχειν δὲ οὐατοῦ οὐατοῦ.
γονίτοις αὔριεν πιλούσι τὸν οὐρανόντα, θηλυκόν
τὸν οὐρανόν· τοις δὲ οὐατοῖς ηγέτεσιν ήλιος καὶ σελήνης
καὶ τὸν οὐρανόντα αὔριεν εἴη αὐτῷ αὔριεντελεῖται, οὐατοῖς
θηλείας ἔργειν. καὶ τὸ τοῦ οὐατοῦ γυναῖκαν δὲ, ὡς προει-
ποιησες θηλείαν δὲ οὐατοῦ γένος μόνον, διὶς λίστα οὐατοῦ
πιλούσι θηλυκόντα ζωδίαν οἱ Αἰγύπτιοι, γῆπαν οὐατοῦ
στήλαις μάτιν θίασιν, αφ' οὐατοῦ πάργην θεᾶς, οὐατοῦ μή-
πολού ημάσιν γενέφων, μηκῶσα τὸν λογοτύπον· Αἴγιν-

πίοι, μιτέρας οὐατοῦ θέλοντες σπιράναι, γῆπαν ζωγρά-
φουσι γάτην γάτα δὲ θηλυκούς ζάν. Οιραταρά, οὐα-
τοῦ αὔρεσιν αὐτοῖς τὸν οὐρανόντα λέγειν, καθὼς
προειποιησε, ἐπεὶ τύτωρ ἡ γένεσις ἐνεῖ θεῖ δέ. δρα-
χμάτες δέοντα μιστί παρά Αἰγυπτίοις μονάς δέντι οὐα-
τοῦ γραμμάτου μονάς δέ, παντες ἀριθμοῦ γένεσις.
Θύλαργως δέοντα μιστί μιστί βελτιώσοι μηλόσια γῆ-
πα γραφουσιν, ἐπεὶ μάτηρ Δακτεῖ καὶ γένεσις έντι,
κατάτασθι καὶ μονάς.


Quid, vulturem delineantes, indicent.

Ceterum matrem significantes, aut aspectum,
aut limitem, aut futurorū cognitionem, aut an-
num, aut cœlum, aut misericordem, aut Miner-
uam, aut lunonem, aut drachmas duas, vulturem
pingunt. Matrem quidem, quod in hoc animan-
tium genere mas non sit. Gignuntur autem hūc
in modū: Cūm amore concipiendi vultur exar-
serit, vuluam ad Boream aperiens, ab eo velut
comprimitur per dies quinque, quibus nec cibū,
nec potum omnino capit, fœtus procreationi
intensus. Sunt porrò & alia vulturum genera,
qua ex vento concipiunt quidem, sed quorum
oua ad esum duntaxat, nō item ad fœtum susci-
piendum ac formandum sunt accommodata. At corum vulturum, quorum non est subuentan-
neus duntaxat & inefficax coitus, oua ad gignen-
dum, tollendamq; sobolem sunt in primis idonea. Aspectū autem, quod ex omnibus animan-
tibus perspicacissimi visus sit vultur, ut qui o-

riente quidem Sole in occasum, occidente verò in ortum prospiciat, atque è satis longo inter-
vallo quæ sibi usui sint, comparet edulia. Limi-
tem, quod cum belli conficiendi tempus instat,
locum ubi pugna committenda sit, septem ante
diebus ad eum accedés præfiniat & circumscri-
bat. Præ sagium verò, tum ob iam dictam cau-
sam, tum etiam quod ad eam exercitus partem
se se conuertere soleat, ubi maior sit futura cla-
des, sibi ex cadaveribus alimentum seponens,
ac in futurum prouidè reseruans. Vnde & priisci
reges exploratores mittebant, per quos in vtrā
aciei partem respexissent vultures, cognosceret,
indeq; vincendos, ac internecina strage delédos
colligeret. Annum porro, quoniam animal hoc
trecentos illos ac sexaginta quinque dies qui-
bus completur annus, ita distribuit, ut centum
quidem ac viginti diebus prægnans maneat, to-
tidem pullos enutriat, reliquis vero centum ac
viginti sui curam gerat, neque uterum ferēs, ne-
que alēdis addicta liberis, sed seipsum duntaxat
ad aliam parans cōceptionem. Quinque autem
illos qui supersunt anni dies in venti, ut iam di-
ctum est, compressionem & coitum insumit.
Misericordem autem, quod quibusdā alienissi-
mum forsitan videbitur, præsertim quum hoc ani-
mal infestissimo animo cætera persequatur, atq;
interimat. Sed ut hoc pictura vulturis innueret,
eo impulsū sunt, quod c. & xx. illis diebus qui-
bus suos educat, penè nunquam euolat, sed o-
mnem curam ac sollicitudinem illis alendis ad-

hibeat. Quod si eo tempore cibus nō suppetat,
quo eos sustentet, proprio execto fœmore su-
gendum eis exhibet & impertitur sanguinem,
vt ne cibi penuria atque inedia confiantur.
Mineruam ac Iunonem, quoniam videtur apud
Ægyptios Minerua quidem superius cæli hemi-
sphærium occupasse, Iuno verò inferius. Quæ &
caussa est, vt absurdum censeant cælum mas-
culino genere efferre: quippe cum & Solis & Lu-
næ cæterorumq; siderū genitura in eo perfecta
sit, qui nimis fœminæ actus est. Quin & vul-
turum genus, vt iam exposui, fœminas tantum
complectitur. Quam ob caussam & cuius fœ-
minei sexus animanti Ægyptii vulturem, vt in-
eo sexu principem ac primarium apponunt: ex
quo & deam omnem, ne sigillatim vnanquamq;
percurrens, prolixior sim, significant Ægyptij.
Insuper & matrem innuere volentes, vulturem
pingunt: est enim mater fœmineæ naturæ. οὐρανὸν
autem hoc est cælum (neque enim placet
ipsis, vt dixi, masculino genere οὐρανὸν dicere)
quoniam horum omnium generatio inde est.

Duas denique drachmas, q̄ apud Ægyptios
duę lineę unitas est. Unitas verò cuiuslibet nu-
meri ortus est ac principium. Optima itaque
ratione duas drachmas indicare volètes, vultu-
rem pingūt, quod generationis ipse sibi auctor
materq; ac principium, quemadmodum & uni-
tas, esse videatur.




II. Πῶς ἩΦαῖτοι γράφουσι.

ἩΦαῖτοι γράφοντες, κανθάρεσμ καὶ γῦπα^{χω}
γράφουσιμ. ἀθηίαρτο, γῦπα καὶ κανθάρομ. Μοιεῖ
ἢ αὐτοῖς ὁ κόσμος συνεισάναι, ἐπειδὴ σενικού καὶ
θηλυκού ὑπάρχοντες. ἡδὶ μὲν αἱ ἀθηνᾶς τὰ
γῦπα γράφουσιμ· νῦν τι μόνοι θεῶν παρ' αὐτοῖς
ἀρσενοθηλεῖς ὑπάρχουσι.

Quomodo Vulcanum notent.

At Vulcanum indicantes, scarabænum & vul-
turem pingunt. Mineruā verò, vulturem & sca-
rabænum. Ipsi enim videtur mundus ex mare ac
fœmina constare. Vulturem autem Mineruæ ap-
pingunt, quod hi soli ex diis apud ipsos mares
sint simul ac fœminæ.



12. Τί αἰσθέα γράφοντες λιλοῦσι.

Θεὸμ μὲν ἐγκόσμομ σημαίνοντες, ἢ εἰμαρμένω,
ἢ ὃμ πεντε ἀριθμόμ, ἀ.τέρα γωγράφουσι. Θεὸμ δὲ,
ἐπειδὴ πεντε θεοῦ, τὰ νίκα πεντάσι, ἢ τὸ
σέρωμ καὶ τὸν τις κόσμον κίνησις ἐκτελεῖται. Δο
κεῖ γῆς αὐτοῖς μίγχε θεοῦ, μαθητὴρ ὅλως συνεισάναι.
εἰμαρμένω *, ἐπεὶ, * ἀντι ἐξ ἀριθμῆς ὀικονομίας
συνίσταται. Σημ μὲν * πέντε ἀριθμόμ, ἐπειδὴ πλῆθες δ'
οὐτός εἰ ὄυραν, τέντε μόνοι ἐξ αὐτῶν κινούμε-
νοι, τὰ τὸν κόσμον ὀικονομίαμ ἐκτελοῦσι.

Quid sidus pingentes, innuabit.

Deum pulchrè ornatum significantes, aut fa-
tum, aut quinarium numerum, sidus pingunt.
Deum quidem, quod Dei prouidentia victoriā

decernit atque imperat, qua & siderum orbisq; vniuersi motus peragitur. Existimant enim sint Deo nihil prorsus consistere. Fatū autem, quod ex siderum cursu ac dispensatione constituantur. Quinarium verò numerū, quoniam cūm quam plurima atque adeò innumera sint in cœlo sidera, sola ex his quinque, motu suo orbis pulcherrimam efficiunt distributionem ac moderamen.



13. Τίκιωνέφαλοι Γράφοντες Μηλοῦσι.

Σελήνιων γράφοντες, ἡ οἰκουμένη, ἡ γεράμιατα, ἡ ιερέα, ὡργιώ, ἡ κόλυμβοι, κιωνέφαλοι ἡ Γράφοῦσι. Σελήνης μὲν ἐπειδὴ τὸ ζῶοι σύμπαθον περὶ τὸ θεῖον σωοδομοῦκτίστη, Deest in veteri, τῷ οὐλίσσεσσιν γένηται, τότε ὅμηρος ἄρσων κιωνέ

φαλός οὐ βλέπει, οὐδὲ ἔσθιε. ἀχθεται δὲ εἰς τὸ γλῶνον κιωνέφαλον τενθῶμ τὸ τοῦ σελήνης ἄρπαγον. ή δὲ θύλεια μετὰ τὸ μῆρον, *καὶ ταῦτα τῷ ἄρσενι πάρχειν, τοιούτην φίλοις φύσεις αἰμάσσεται. Μήτρα καὶ μέρη τὸν υἱὸν ἔμποιεις ιε. Deest in ροΐς Κέφονται κιωνέφαλοι, οὐτως ἐξ αὐτῆς γινόνται τοιποι τὸ ήλιον καὶ σελήνης μέρος φίλοισι μηδου. οἰκουμένης λέ, ἐπειδὴ ἐβολομήκοντα δίνο γέρεας τὰς ἀρχαῖας φασὶ φίλοιοι μέντης εἶναι, τούτους δὲ Κεφομένους ἐμ τοῖς ιεροῖς θυμιμελείας τυγχάνοντας, οὐδὲ θύλεια τὰ λοιπὰ ζῶα ἐμ ήμέρᾳ μᾶτελοντα, οὐτα καὶ Ζύρος, ἀλλὰ μέρος αὐτῆς καθ' εικόσιν ήμέρων νεκρούνθεομ, στῶσ τῇ ιερέων θαπεδαῖ, τοιούτου σώματος ἐμ τοῦ ιερέων θεοῦ οὐδὲ μέραι, τότε οὐλως ἀρθρισκοφ. Γράμματα δὲ θειμήδηι συγένφα κιωνέφαλοι *Αίγυπτοις Αίγυπτιας θεισαμένων γράμματα. παρόδη εἰς ιερόν ἐπειδὴ μετρῶται γομφῆι κιωνέφαλος, μέλαχρον αὐτοῦ παρανθησιμό ιερόν, καὶ χοινίον, καὶ μέλαχρον αὐτοῦ εἴ εἰ φίλοι θεισαμένης δηι συγενείας γράμματα, καὶ ἐγράφει. ἔτι δὲ θει ζῶοι θυμιμελεμήδηι πάντων μετέχοντα γράμματα. Ιερέας δὲ, οὗτοι φύσιν, φορούσι οι κιωνέφαλοι ιχθύμοι θειδηίδηι, αλλ' οὐδὲ φίλοι, ιχθυόμηδηι ἄργορη, καθάποδον θοιοί ιερεῖς έκτος. Γαπ φύσιν γεννᾶται *δὲ πολυτετρημένος, λῶ καὶ οἱ ιερεῖς θει πηλούσι πολυζημιώτερος. οὐρανὸν, ἐπειδὴ τὸ ζῶοι στῶτα παρὰ τὰ ἄνθη θυμικάτατόν τε καὶ οὐρανός

ύπαρχει. οόλυμβοι μὲ, μιόνη τὰ ἡλιαχέα γαλύμβω χεώνεα, εὐπάρχε * Φαινον μόνοι μὲ. τὸ εἰς ὅμι τόποι περιέρχεται περιθελῶσι κολυμβαῖ, κατὰ μινιέρ τῷ εὖτα παραφέρομενοι.

Quid Cynocephalū pingētes demōstrent.

Lunam demonstrantes, aut terrarum orbem, aut literas, aut sacrificium, aut iram, aut natationem, Cynocephalum pingunt. Lunam quidem propterea quod animal hoc consensum quendam cum Deo congressu, ex quo & affici soleat, habet. Vbi enim aliquanto tempore Luna cum Sole congregiens, expers luminis opacaque, permanet, tum mas quidem cynocephal⁹ nec quam intuetur, nec vescitur: sed demissio in terram vultu indignabundus, velut Lunæ raptum deplorans, tristatur. Fœmina verò, præterquam quod nusquam oculos contorquet, eademque cum mare patitur, insuper & è genitali vase sanguinem mittit. Ideoque ad hęc usque tempori in sacris, cynocephali nutriuntur, ut ex ipsis coniunctionis Solis & Lunę tempus cognoscatur. Terrarum autem orbem, quoniā septuaginta duas inquit iam olim orbis habitati regiones fuisse: hos porro, si diligenter in sacris nutriantur & curentur, non sicut cetera animalia uno die emoriuntur, sic & ipsos emori: sed ipsorum partem quandam singulis diebus emorientem ac tabescentem à sacerdotibus humani reliquo interim corpore in sua natura persisten-

te, idq; per septuaginta duos dies, quibus expletis, tunc proorsus interit. Literas, quia est apud Ægyptios cognatio quædam & genus cynocephalorum, qui literas norunt. Quapropter ubi primum in sacram ædem ductus fuerit cynocephalus, tabellam ei sacerdos apponit, unde cum scirpeo stilo ac atramento, nimirum ut periculum faciat, sine ex eo cynocephalorum genere, qui literarum gnari sunt: pingit itaq; in ea tabella literas. Præterea hoc animal Mercurio dicatum est, qui literarum omnium particeps est. Sacrificum verò, quod natura cynocephalus ab esu piscis abhorret, quem tametsi piscibus interim vesci contingat, segne tamen & torpori redditum animal nō est, sicut & externi sacerdotes. Adde q; circuncisus gignitur, quam quidem circumcisionem summo curant ac peragunt studio sacerdotes. Iram, quia hoc præter cetera anima-tia maximè iracundum est, & ad indignationem proclive. Natationem porro, quoniam cetera quidem animantia frequenti natatione fordes ac squalorem contrahunt: solum hoc ad eum quem instituit locum nando peruenit, nec tamē ullis à nativo colore transfertur aut inquinatur foribus.



4. Πᾶς γράφουσι σελήνις ἀναζλήμ.

ΣΕΛΗΝΙΣ μὲν ἀνατρλιώ γράφειρ βγλόμεοι, τὸ διημητριών φαλοι γωγραφοῦσι, * τύπω γιαφίε, ἐσῶτακή τὰς χειρασεῖς ψρανθρέ παίροντα, έστι λαδόντε ἀδικεῖ φαληρέ ἔχοντα. Οὗτοι γράφουσι τὸ χῆμα ἀδι τ' ἀναζλῆς, οἱ κιωκέφαλοι πτιεῖται ὡς εἰπεῖρ πεσθυχόμενοι τῇ θεῷ, ἐπειδὴ ἄμφοτει φωτὶ μετειλήφασι.

Quomodo Lunę exortum indicent.

Lunam autem orientem indicare volentes, rursum cynocephalū hoc habitu pingunt, stantem, manusq; in cœlum tollētem, ac regium insigne capite gestantem. Hac autem figura, ad Lunę ortum demonstrandum, depingunt cynocephalum, φ hoc habitu videatur cynocephala.

Ius deæ congratulari, φ ambo, Sol inquam ac Luna, luminis participes sint.



